

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*





- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnias
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



XL - LXXVII.

CARMINA GRATULATORIA

VIRO

Excellentissimo, doctissimo, rerumq;  
usu exercitatissimo:

DN:

OTTO NI von Horn

CONSILIARIO ANHALTINO:

ET

FOEMINAE

Virtutum generisq; splendore eximia

MARTHÆ STRASBURGIÆ:

Nobilis olim JCTI

ANDREÆ KNICHII,

Electorum & Principum multo-  
rum Consilarii & Cancellarii Ser-

vestani Viduæ.

SPONSIS LECTISSIMIS

*Vota secunda, felici auspicio, implentibus*

*XVIII. IXbris ANNO M. DC. XXII.*

Scripta ab

Amicis.

SERVESTÆ

Typis exscripta per Zachariam Dörfferum.

M. D. CXXII.



CARMINA GRATULATORIA

VIRO

Excellentissimo, doctissimo, tertiusque

ut excelsissimo;

DR:

OTTO NI

CONSILIARIO ANHALTINO:

ET

FORMINAE

Virtutum genitrici; splendore exornatae

MARTHE STRASBURGIAE:

Nobilis olim IUSTI

ANDREAE KNICHII

Electorum & Principum multo-

rum Consilium & Cancellarium Ser-

vestrum Viduae.

SPONSIS LECTISSIMIS

Post secundam, felicis auspicio, nuptiarum

ANNO M. DC. XLII.

Scripta ab

Amicis.

SERVATA

Typis excipit per Zachariam Döringium.

M. D. CXXII.







AD

Excellentissimum, Doctissimumq;

VIRUM

DN. OTTONEM AB HORN

Consiliarium Anhaltinum &c. Do-

minum amicum, & Compatrem

meum amicissimum

SPONSUM.



Uam benè conveniunt, & in unâ carne mo-  
ratur (res;

Cum Sponsâ Sponsus Virgine virgo pa-

Tâm benè conveniunt viduae queis cognit & utring;

Noctes, & vacui messis acerba thori.

Cum viduus viduam baud viduo sibi jungit amore,

Et viduum optato mutat utring; thoro;

Scilicet in viduâ sapiens, in virgine amator

Vivit, amans viduam pol sapienter amat,

Sed viduam virtute parem, & florente juventâ

Pugna cui ad lilium purpureasq; rosas,

Qualis di vino tibi munere contigit HORNY

Fœmmei excellens Sponsa Corona chori.

A 2

Oigi-



*Digitur fœlix viduorum nobile compar  
Tam benè quod viduum mutat utringq; thorum,  
Cujus tot suaves voceq; precorq; ego noctes  
Quot sibi cum Sponsâ Sponsus utringq; vovent:  
Absit ERIS, conformet EROS, concordia firmet,  
Et parili junctos pax in amore beet:  
Hæc precor atq; uno simul apprecor omnia versu,  
Quæ spondet nuptis pagina sacra piis.*

Gratulabundus  
feci

JOHANNES STURMIUS.

---

## CORNUCOPIÆ

Sponsis consecratum

MARCO FRIDERICO VVENDELINO.

G. A. R.

**D**ives Amalthæam ditavit copia CORNU,  
Libera quod dederit religiosa Jovi.

Auspice



Auspiciis CORNU votis queis cunq; potita est,  
Seu peteretur *honus*, seu peterentur *opes*.  
Usq; adeò *pietas* non indotata relinqui  
Adsolet, & *virtus* præmia digna refert.  
Huc age, MARTA, tui generis splendore corusca,  
Conjugio primi nobilitata viri.  
Huc age, verte oculos, arrectisq; auribus adsta:  
*Æmula Amalthææ* fors tua fortis erit.  
KNICHIADÆ magni post funera, lege soluta  
Conjugii, cultrix religiosa DEI,  
Urbis eras inter viduas flos, Urbis & inter  
Matronas Sorabum gloria prima graves.  
Quam viduis legem *Paulus* præscripsit, ad unguem  
Implesti, vidui pulcra corona tori.  
Vidit & arrisit vidui pater ordinis: ecce:  
Dixit, *Amalthæam* secula tulere novam,  
Munere cui CORNU prædives copia nostro  
Tradenda, ut *virtus* præmia digna ferat.  
Dixit, & eduxit formosum dextera CORNU,  
CORNU, quod circum *copia* luxuriat.  
Sic fatus: Cape quod Divum tibi munere CORNU  
Obtrigit, & variis oscula fige modis.

A 3

Quæ



Quæ petis ad votum venient, & plura petitis,  
Auspiciis CORNU, quod tibi trado, tui.  
Forte viro jungi cupies, quem sanguis honeste  
Majorum, & Proavi condecorare queant?  
Divitis hunc fundet tibi CORNU *Copia*, fastos,  
*Brema*, tuos testor: Tu mihi testis eris.  
Fortè salutari cupies & dicier uxor,  
Cui nodosa feri cognita jura, viri?  
En tibi dat CORNU hoc, olim cui juris & æqui  
Trita via est juveni, trita *Lycæa* Dices.  
Forte virum cupies, populos qui nôrit & urbes,  
Qui vultus nôrit sustinuisse virum?  
Expromet CORNU hoc, cui cognita *Teutonis* ora,  
Cui visum quicquid *Gallus & Anglus* habent.  
Intrepido Imperii proceres quiq; ordine cunctos  
Ore salutavit, Regis & ora tulit.  
Qui potuit vultus, CÆSAR, cum vota referret  
*Ascania* procerum, sustinuisse tuos.  
Forte virum quæres Magnatum assueta favori,  
Principibus possit qui placuisse viris?  
En dabit hoc CORNU, procerum cui gratia ridet,  
Cujus & in magnis sæpe probata fides.

Si



Si pietate gravem, & nulli candore secundum  
Forte voles thalami jura subire tui:  
Et dabit hoc CORNU, sorte qui temptat opimam,  
Sincerâ ut coleret religio DEUM.  
Delicias hominum vitæ si quæris amores,  
Quos sociæ vitæ jugera ferre solent.  
En tibi dat CORNU hoc, si suave inflaveris: olim  
Namq; maritalis dives amoris erat.  
Blanda tuos testor Manes, *BLANDINA*! sed alto  
Vulnere cur renovo vulnus, amice, vetus?  
Deniq; si veteres instauratura labores  
Blanda novi thalami pignora forte voves:  
Te voti CORNU hoc damnabit, & actus in orbem  
Sæpe labor vegetis pignora plura dabit.  
*Æmula Amaltheæ* numquid certare parata es,  
Divite cui CORNU copia tanta fluit?  
Plaudite felices & ab omni parte beati,  
Vivite Nestoreos corcula chara dies.

Ad DN. SPONSUM.

**Q**uod mea non reliquos etiam Musa inter amicos  
Acclamat tædis, optime Sponse, tuis.

*Scili-*



Scilicet haud vegeto languens in corpore virtus,  
Atq; exhausta suo robore vena vetat.  
Et certè vestras generoso in pectore dotes  
Tam varias nux, o i, pondere tamq; graves  
Ornari nullo prestabat carmine, quam non  
Liberiore stylo, liberiore pede.

Spectatissimo Dn. Compatri f.

M. PETRUS JENA  
Scholæ Serv. Rector.

ALIUD.

**N**imirum viduas nullus amat probas?  
Solis virginibus vivit amans? Ita  
Est, qui mente quidem iudice somniat  
Haud sanâ & cerebro suo.  
At fortè, in viduas quid sit amor probas,  
Qui fers iudicii id, vir bone, te fugit,  
Aut unus, nî animum fallit opinio,  
Dices; non amo, non amor.

Quid Paulo; viduæ, qui voluit, viris 1. Tim 5: 14.  
Ut nubant juvenes? at viduæ viris

Qui



*Qui nubant juvenes? si viduas, tuo  
Sensu, nullus amat probas.*

*Quid queso flavio? qui benè: nuptias* Imp. Just. in Novel. 1. c. 1.  
*Ad pulchras veniat alterius viri:*

*Qui verò veniat? si viduas, tuo  
Sensu, nullus amat probas.*

*Sacris conjugis, dogmatibus sacris,  
Sanis consiliis, legibus optimis*

*Est sanè monitum hoc oppositum tuum,  
Ipsiq; experientie.*

*Non tecum faciet SPONSUS hic optimus,  
Prudenti potius consilio & gravi*

*Efflictum redamat qui viduam optimam, &  
Mavult ducere conjugem.*

*Nefactum melius! consilium magis*

*Prudens & ratio quod mage comprobat!*

*Amorem Ipse novis, jam viduis licet,*

*SPONSIS perpetuum precor.*

*M. ERNESTUS VVULSTORPIUS  
Scholæ Berenb. Rector.*

**B** **ALI-**



ALIUD.

*Sit faustum & auspdatum!*  
 Hac luce conjugantur  
 Adstrictiore nexu,  
 Feliciore vinclo,  
 Novitii Mariti.  
 Ut sint dehinc jugati,  
 Maneantq; colligati,  
 Maneantq; copulati,  
 Amore conjugali,  
 Amore foederali:  
 Et porrò dividendi,  
 Et porrò dejugandi  
 Æternitate nullâ.  
*Sit faustum & auspdatum!*  
 Adsis jugalis Hymen,  
 Hymen jugalis adsis,  
 O Hymen, Hymen, Hymen!  
 Sponsam viro beare,  
 Sponsâ virum beare.  
 Qui perpetim labosas.  
 Tuq; ô Venus venusta,  
 Doctrix amatorum,  
 Bultrix amasiorum,  
 Magistra nuptiarum;  
 Et Juno tu jugalis  
 Charitesq; gratiosæ;  
 Tranquilliore vultu  
 Concinniore cultu  
 Adeste, adeste, adeste,  
 Nullam Tubam tumosus  
 Inflabo Martialem,  
 Heroicosve versus  
 Sublimiore pompâ  
 Tumebo fastuosus.  
 Mactabimus novellas  
 Solemnitate tædas,  
 Laboriosiori  
 Anacreontis ausu.  
 Cum deficit facultas,  
 Exuberat voluntas:  
 Sponso beatitatem  
 Gratabimur novello;  
 Sponsæ beatitatem  
 Gratabimur novellæ;  
 Sponsoq; faustitatem,  
 Sponsæq; faustitatem  
 Precabimur perennem.  
 Vos verba me præite,  
 Ryth-



Rythmosq; blandicellos,  
Rythmosq; mollicellos,  
Stipulâ fritinnienti,  
Ne stridulum sonorem,  
Ne dissonum sonorem  
Raucumq; guttur edat.

*O SPONSE te beatum!*

*Cui Sponsa conjugatur,*  
Multis bonis adaucta,  
Præclara cui abundè  
Sua dona contulerunt  
VENUS, MINERVA, JUNO.  
Quæ honoribus decenter  
Virtutibusq; maicta,  
Leporibusq; culta,  
Et dotibus, requirit  
Quas ordo femininus.

*Vinclum hoc jugale felix,*  
*Sic prestat esse Sponsum!*

*O SONSE te beatum!*

*Cui Sponsa conjugatur,*  
Quàm JUNO sic beavit  
Profapiâ coruscâ,  
Familliâ celebri,  
Parentibusq; claris,  
Progerminata quo sit;

Ut polleat valenter  
Mentis sagacioris  
Prudentiâ, decenti  
Sexuq; masculino,  
Sexuq; feminino;  
Quâ cuncta temperare,  
Accommodare cautè  
Scit tempori, locoq;,  
*Vinclum hoc jugale felix,*  
*Sic prestat esse Sponsum!*

*O SPONSE te beatum!*

*Cui Sponsa conjugatur,*  
Quam sic beat MINERVA,  
Ut linguæ sequaci  
Facundiâ sit aucta,  
Ut vinnulos sonores,  
Ut aureos lepores,  
Ut melleos lepores,  
Ut mellilingue Nectar  
Loquentiæ suavis  
Effunditare possit,  
Veneresq;, Gratiasq;  
Omnes adæmulari,  
Spirare mel, rosasq;,  
Fragrantiasq; linguâ.

B 2

Vin-



*Vinclum hoc jugale felix,  
Sic præstat esse sponsum!*

*O SPONSE TE beatum!*

*Cui Sponsa conjugatur,  
Quam sic VENUS beavit,  
Ut fulgeat nitore,  
Pulchellulâq; formâ.  
En fulgidos ocellos,  
Oculosq; blandicellos,  
Corallinum labellum,  
Labellulumq; bellum,  
Topazinum labellum,  
Beryllinum labellum.  
En aureos capillos:  
En lacteos lacertos,  
En lacteas manusq;,  
Teneras venustulasq;,  
Molles rotundulasq;.  
En corporis venusti  
Totam proportionem.*

*Vinclum hoc jugale felix,*

*Sic præstat esse Sponsum!*

*O SPONSE TE beatum!*

*Cui Sponsa conjugatur,  
Quæ frangat atq; fallat*

Solesq; longiores  
Lunasq; longiores;  
Festiviter jocando.

Te corculum vocabit,  
Te gemmulam vocabit,  
Et blandicellum ocellum,  
Pectusculum venustum:  
Et quicquid addit horum  
Uxor suo Marito.

Solamen in sinistris  
Juvamen in secundis  
Præstabit hæc subinde.

*Vinclum hoc jugale felix,*

*Sic præstat esse Sponsum!*

*O SPONSATE beatam!*

*Cui jungitur Maritus,*

Maritus auctus omni  
Virtute, dotibusq;,  
Quas ordo masculinus  
Exposcit & requirit.

Prudentiam expetiscis?  
Ulu hanc sibi frequenti,  
Multâq; comparavit  
Exercitatione  
Exoticis in oris,

Ger.



Germaniæ, Angliæq;  
Belgiq;  
Galliæq;  
Exempla pervidendo,  
Nostræ Magistra Vitæ.

Fortunæ opes requiris?  
Has largiore dextrâ,  
Fœcundiore & auctu,  
Habetq; possidetq;  
A Patre derelictas,  
A Matre derelictas,  
Industriaq; privâ  
Contractibus secundis  
Feliciter paratas.

Requiris hinc honorem?  
Hunc possidet Maritus  
Virtutis ut brabœum  
Virtutis ut trophæum;  
Namq; exhibent honorem,  
Et offerunt amorem,  
Et deferunt favorem  
Cives tuo Marito,  
Et exteri advenæq;.

Vinclum hoc jugale felix,  
Sic præstat esse Sponsum!

Utriq; dico junctim:

OSPONSE TE beatum!

OSPONSATE beatam!

Illustre par jugatur,

Felixq; par jugatur,

Amore conjugali,

Amore fœderali.

Unum addere est necessum,

Donis bonisq; SPONSI

Donis bonisq; SPONSÆ:

Nempe, ut DEUS JEHOVA

Illam beatitatem

Utriq; contributam

Benedictione firmet:

O firmet, eja firmet!

*Acclamabat*

*Georgius Moringius*

*Sorobestigenâ An-*

*baltinus.*

B 3

ALIUD.



ALIUD.

**S**ic sauciavit DIVA potens Cyprî  
Pectus, sacrae lux Themidos, tuum,  
Ut omnis expers sis quietis,  
His jaculis Paphiae petitus.  
O robur indelebile! Viri DEÆ  
O Cypridos magnam! ô Samiae facem!  
An non valebas praeca vere  
Ignea tela Paphi potentis?  
Sed certa queris nunc medicamina,  
Queis vulnus inflictum poteris tuum  
Sanare? presentem parabit  
Sponse, quiesce, tibi medelam.  
Sanabit hæc te Sponsa venustior  
Lucretiâ ipsâ, laudeq; gratiæ  
Celebrior castâ Sibyllâ,  
Pulchrior & nitidâ Dione.  
Hæc preparabit mox medicamina,  
Hæc Sponsa præbebit medicas manus,  
Hæc sedulò curam fovebit  
Pectore sub tacito sagacem.

Heic



Heic ecquid ampullarier est opus?  
Ecquid moror? Laudes alii canunt,  
Te predicant doctæ Camœnæ,  
Aonidumq; Chorus salutat.

Ut nunc coronas carpere floreas,

Ut pocla Bacchi sumere nunc licet:

Sic tu coronas carpe letus,

Sic Veneris bibe pocla letus!

Lucina vestrum Juno beet torum,

Amoris adsint pignora plurima,

Adsitq; lecto pax quieta,

Absit Eris procul hinc nefanda.

Jehova faxit, Nestoris ut dies

Uterq; cernat, cunctaq; divite

Cornu fluant, cedantq; faustè,

Sint rata vota Deo jubente.

F.

Christophorus Teichman

Junior, Parany-

phus.

Aristo-



*Aristoteles lib. 9. moral.*

*Ὅμοιον ὁμοίῳ Φίλον.*

**S**ummus Aristoteles, Dux, Gloria, Fama Sophorum  
Divino protulit ore,  
Quod simile simili gaudeat.  
Hinc quoque lingua seni, Plutarcho teste, senilis  
Grata est, pueroque; puellus  
Et mulier apta est feminæ.  
Sic etiam, nobis velut experientia testis,  
Sutori sutor adhæret,  
Doctoque; doctus congruit.  
Cum quercu tibi, quæso, rei est quid, canna? labruscas  
Quid curat Laurea? Viti  
Quid competit convolvulum?  
Idcirco benè res mihi cedere quæque; videtur,  
Si argutos anser olores  
Ineptus haut interstrepit:  
Si non insulso lyra commendatur asello,  
Si bos non jungitur apro,  
Nec fullo carbonario.  
In primis, si cuiquam aliàs, hac regula scripta est  
Cuivis, qui vincla sacrati  
Cupit subire Conjugi.

Tu



Tu certè similem, Præcellentissime Sponse,  
Dixerion hocce secutus,  
Jungis Tibi Connubio.

Tute etenim cùm sis præclarâ stirpe creatus,  
Claris natalibus ortam  
Jungis Tibi Connubio.

Cùm decoret Pietas TE, raraq; gratia morun  
Sponsam Pietate coruscam  
Morumq; ducis gratiâ.

TU Viduus Viduam, atq; virens ætate virentis  
Ætatis, dives & æris  
Tibi jungis æris divitem.

Quòd si jam simile hoc simili gaudere necessum est,  
Ecquis TIBI plurima corde  
Non ommetur gaudia?

Ipsè ego, quò paucis complecti plurima possum,  
Gratanti pectore vobis  
Quævis precor felicia.

Alma VENUS, PALLAS facunda & pronuba JUNO  
Linguis animisq; favento,  
Vestrisq; cœptis annuant.

Alma VENUS castis exurat pectora flammis,  
Multam sed provida PALLAS  
Felicitatem collocet.

C

At



At JUNO lætâ faciat TE prole Parentem.  
Tu fac, RERUM ALTOR & ALTOR,  
Ne vota sint hæc irrita.

*Honoris & Observantia ergo*

*Cudebat*

*Andreas Resius, Plotzoviensis  
Ambaltinus, Paranympus.*

---

ALIUD.

**D**um, Sponse Clare, Conjugi  
Vincula casta subis:

Tu Nobilis dum Nobilem,  
Dum Viduus Viduam:

Virtute dum præfulgidus  
Multiplici ipse, tibi

Virtute jungis Conjugem  
Multiplici celebrem:

Proinde conjungis tibi  
Dum similem sociam:

Quid ominer? quid nuptiis  
Comprecer ergo tuis?

Nuptis



Nuptis novis quod Regius  
Ore Propheta vovet,  
Ego precatus id Tibi:  
Talia vota fero:  
Donet DEUS castissimi  
Pignora multa Tori.  
Quæ corda jungit mutuò,  
Comprecor, adsit EROS:  
Quæ corda frangit mutuò,  
Comprecor, absit ERIS.  
Longùm valete, cernite  
Nestoris atq; dies.  
At vos, sacri parnasii  
Numina dia Chori:  
Tu, qui sororum es maximus  
Præses, APOLLO, novem.  
Vos Artiumq; Præsides,  
Turba novena, precor,  
Sponsis favete singulæ  
Linguâ animoq; novis.  
Favete, trina Numina,  
JUNO, MINERVA, VENUS.

*αὐτοσχεδίως superioribus adnexuit*  
Zacharias Muller Ascanius.

F I N I S,



In diebus novis quod Regius

Ore Prophetis vover

Ego precatus id Tibi:

Talis vota feco:

Donec DEUS castigam

Ignora multa Tori

Quae corda iungit inuicem

Comprocor, ab eis EROS:

Quae corda frangit inuicem

Comprocor, ab eis ERIS:

Longius valeat, cernite

Victoris sed: dies

At vos, sacri parnasu

Nunna dia Choris

Tu, qui totum es maxime

Præce, APOLLO, novem

Vos Atumq; Præsidet

Turba novena, precor

Sponsa favete singula

Lingua animoq; novis

Favete, cum Nunna

MINO, MINERVA, VENUS.

in regibus, fortissimè adstant

Salvata multa àlectant

FINIS





Id 4206  
g

ULB Halle 3  
004 167 287  





f  
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,  
da Hschr. +90


24 VD 17  
E-14  
120-By  
Jul. 01  
M












B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



XXVII.

PLATORIA

imo, rerumq;  
imo:

von Horn

HALTINO:

adore eximia

SBURGIAE:

CTI

NICHII,

um multo-

ellarii Ser.

SIMIS

implentibus

C. XXII.

iam Dörfferum.

